

7115 Catinae rep. a. 1740 in area Stesichori, est apud Ignatium Rizzarium AMICO.

CRESCENTIAE BENEMeRENTI
IN PACE QUE VIXIT ANN
P MN L DEPOSIT III KAI
D E C E M B f.l. Op I I I O 453 vel 524
5 NE CONSe SE VIVI CONPARA
bERuNt

Servavit Amico 3, 232. Inde Torremuzza XVII, 21 = 24; Ferrara p. 377.

1 MERENTI Am. — 4. 5 traditur sic: DECEMB ~~Y~~ AOTI^QILO; de Fl. Stilichone cogitavit Amico. — 5. 6 VN ICONPABN | SERVNII Am.

7116 Catinae nuper rep. cum facta est ecclesia Minoritarum; est apud baronem Recupero FERR. 1829.

† HIC REQuiVIESCIT IOANNES FIL VSTAR
RIC QVI VIXIT AN TRIS MEN DVO DIES VI
DEP IN PACE XVII KAL JANVARIAS IND XIII

Ferrara stor. di Catania p. 376.

7119 Catinae rep. c. a. 1732, dum inter societatis Iesu et S. Benedicti monialium ecclesias via publica sternitur; adseratur in museo Benedictinorum AMICO. Ibi non repperi.

† HIC REQuiVIESCIT in pa
CE BON
NA QVI
I C V

7117 Catinae rep. a. 1768, emit princeps Biscari TORR. Apud eum extat.

sic INEAS PYRRVS uixit ann...
EL MENSES III RECessit in pace
III IDVS SEPTEMBER
¶

Recognovi. Torremuzza XVII, 48 = 53; Ferrara p. 377.
1 scilicet infans.

7118 Catinae rep. pone moenia ad occidentem; deinde *nel muro della loggia*.

q V I E S C V n t
A N N O S
A II . E T A
S T . X X

Carrera 1, 300. Inde Amico 3, 228.

Mur. ms. 18, 224 a Pantò; Amicus misit Mongitorio 1 Febr. 1735 (cod. Pan. Qq D 203) et edidit 3, 232. Inde Ferrara p. 383.

1 REQ Am., r Mur. — 4 vs Amico (ed.).

VII. SYRACVSAE (*Siracusa*).

(Cf. C. I. Gr. 5367—5423 b cum add. p. 1242. 1243.)

Hieronis regnum cum in provinciae formam redigeretur, proprius quaestor ei datus sedem, ut consentaneum est, collocavit in urbe regia Syracusis (schol. in Ciceronis div. in Q. Caecilium 1, 2 p. 100 Oreil.: *cum a duobus quaestoribus Sicilia regi soleat, uno Lilybaetano altero Syracusano*; cf. Cicero l. c. 17, 56), ut praetor ibidem uti solebat domo quae regis Hieronis fuerat (Cicero Verr. 4, 53, 118). Urbem coloniam fecit Augustus a. u. c. 733. Dio ad h. a. 54, 7: ὁ δὲ Αἴγαυος τὰ τέ ἄλλα τὰ ἐν τῇ Σικελίᾳ διοικήσας καὶ τὰς Συρακούσας ἔτερας τέ τινας πόλεις ἀποίκους Ρωμαίων ἀποδεῖξας. Item Strabo 6, 2, 4 p. 270: ἐφ' ήμων δὲ Πομπηίου τάς τε ἄλλας κακώσαντος πόλεις καὶ δὴ καὶ τὰς Συρακούσας, πέμψας ἀποικίαν ὁ Σεβαστὸς Καῖσαρ πολὺ μέρος (ad insulam Ortygiam) τοῦ παλαιοῦ κτίσματος ἀνέλαβε. Coloniam appellant etiam Plinius h. n. 3, 8, 89 et Ptolemaeus 3, 4, 9, item tituli n. 7431. 7132, hic, si quidem fidem meretur, etiam *coloniam Augustam*. De magistratibus iidem adhuc nihil dederunt numero non ita pauci, sed exiles et plerique aevi labentis.

Ad autores quod attinet Syracusis proprios, Vincentius MIRABELLA

(† 1624) quae epigrammata historiae Syracusanae ms. inseruit, ea item apud aequalem Georgium Gualterum inveniuntur; adhibuit eam Capodiecius, ego ipsam non vidi. Formae antiquae urbis quam edidit Mirabella (*dichiarazione della pianta dell' antiche Siracuse e di alcune scelte medaglie d' esse*. Neapoli 1613. fol.) titulos nullos adiunxit. — Caesaris GAETANI comitis della Torre quae servatur in bibliotheca publica Syracusana sylloge lapidaria (*raccolta di antiche iscrizioni Siracusane*), item quas ad Torremuzzam epistulas dedit servatas in epistulario eius (cod. bibl. publ. Panorm. Qq E 136) nobis per pauca suppeditaverunt. — Ioh. Mariae CAPODIECI adhibui et editos libros (*catalogo ragionato di cinquanta volumi in foglio manoscritti*. Syracusis 1810. 4. pp. 68; *antichi monumenti di Siracusa* ed. 1 Syracusis 1813, ed. 2, quam adhibui, Syracusis 1816; *tavole delle cose più notabili della storia di Siracusa avanti Gesù Cristo*. Messinae 1821. 8) et syllogen manuscriptam inscriptionum Syracusanarum adservatam in bibliotheca Syracusana.

7120 candelabrum marmoreum rotundum eleganter ornatum ex marmore q. d. *cipollino* rep. una cum aedicula quae creditur fuisse Cybeles a. 1876 in puteo quodam in Achradina infima ultra columnam.